

## **Dissertatio Theologica in qva Dictum Proverb. Cap. IX. 10. Initium Sapientiae Timor Domini ...**

Rostochi[i]: Weplingius, [1705]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn841402248>

Druck Freier  Zugang





Fa- 1092(98)

2.  
3.  
4.  
5.  
6.  
7.  
8.  
9.  
10.  
11.  
12.  
13.  
14.  
15.  
16.

34  
33  
26  
31  
28  
27  
22  
22  
21  
15  
16



DISSERTATIO THEOLOGICA

in quâ

*Dictum Proverb. Cap. IX. 10.*

INITIUM SAPI-  
ENTIÆ TIMOR  
DOMINI,

sub Auspiciis

OMNIPOTENTIS DEI NUMINIS

cum consensu

SUMME VENERANDÆ FACULT. THEOLOGICÆ  
PRÆSIDE

*VIRO MAXIME REVERENDO ATq; EXCELLENTISS.*

DN. JOHANNE PETRO  
GRÜNENBERGIO,

PHILOSOPHIÆ & THEOLOGIÆ DOCTORE ET PRO-  
FESSORE PUBL. CELEBERR. CONSILIARIO CONSITORIALI DI-  
GNISSIMO, ET DISTR. MECKLENB SUPERINT. VIGIL.  
*IN AUDITORIO MAJORI DIE. XI. JUL. PROPONETUR*

AB AUTORE ET RESPONDENTE

JOACH. FRIED. QVEITSCHIO  
SS. THEOL. STUD.



Rostochl,

Typis Joh. WEPPLINGI, SER. PRINC. & Acad. Typogr.

Soli Sapientiæ Substantiali Sacrum.

*Per - Illustribus nec non Generosissimis trium Familiarum Nominibus  
presertim*

DNÆ. MAGDALENÆ IL-  
SÆ â ROTENSTEIN,

Confiliarii quondã Intimi de LEHSTEN Viduæ, Hæreditariæ  
Dominæ in Wardoviâ, Wesselsdorffio, Ridsenovia, & Reliqua:

DN. FRANTZ BOGISLAV  
â BERGER/

Hæreditario Domino Nienhoffii & Hansdorffii & reliqua:

DN. BARTHOLDO FRI-  
DERICO â MARCKEVIETZ/

Hæreditario Domino Gevezini, & reliqua:

DN. ALB. JOACHIMO  
â MARCKEVIETZ/

Hæreditario Domino Gevezini, & Reliqua:

DN. JENS CHRISTOPHO-  
RO â BERGER/

Hæreditario Domino in Wardoviâ Wesselsdorffio, ac  
Ridsenoviâ, & Reliqua:

---

PERILLUSTRES!

Vestra in tenuitatem meam collata deprædicari beneficia

Vobis molestum potius quam jucundum,

Quoniam pro illis laudes sperari fas est æternas;

Ne ergo illis æternis quicquam detrahatur,

temporales adeo gloriosas non

desideratis;

Quinimo nihil plane ex iis Vos vobis  
Sed nihil non DEO tribuitis,  
Qui Vestra Gloria.

Hinc Vestra non reputatis vestra,  
Vos non Vobis consecratis donata, data, facta,  
Sed Darori,

Attamen & causæ secundæ tribuuntur actiones,  
verum ut Secundæ,

Ita mihi fuistis in portum Rostochiensem ingressuro hoc,

Quod olim navigatoribus turris Pharus.

Portum mihi monstrastis securum,

Ut & mediâ eum intrandi:

Hoc est, & animæ & corpori consulistis,

Generosè fatis, modo quod propolari generosè recusatis

Per Vestram enim benevolentiam

Vestrum ingenium generosissimum moresque nosse,

tenuitati meæ licuit:

Itaque Vobis

## Mecznatibus, Evergetis, ac Dominis

meis pro innumeris acceptis beneficiis inanes hasce pagellas

*observantissimè offero*

TANTORUM NOMINUM

*Subjctissimus Servus*

*ac Cultor*

J. E. QVEITSCHIUS.

*Clarissimo hujus Disputationis Auctori.*

**C**um meo potissimum svasu præsentis in Te argumenti elaborationem & susceperis & Tuopte ingenio jam feliciter dederis expeditam, de tam pulcro doctoqve labore merito Tibi ante omnes alios gratulor, eoqve id libentius, quo severo magis flagrantiqve Zelo ardes, purioris Theologiæ partem adversus novissimas corruptelas hominum, qui sunt nullius, præterquam ejus, quam ipsi sibi arbitrio fingunt, religionis, masculè tuendi. Nec enim quidlibet hodie in tanta credendi docendiqve licentiâ sanctissimæ fidei defensori magis necessarium esse videtur, quam animum suum præmunire adversus istas atrî dæmonis molitiones, quæ omnes hæreticos rectè ambulare & vera dicere affirmant, id quod jam olim Augustino ad eò aburdum erat, ut ei incredibile videretur. His cœlestis veritatis, in Divino verbo compræhensæ, contemptoribus ut obviam ire posthac posses

ses, & ora ipsorum obturare, Theologorum hæcenus Scholis, interque eas & meis, privatis publicisque, indefessus auditor interfuisti, nec aultando tantum, sed ad interrogata respondendo, imò frequenter in publicam cathedram disputationes à Temetipso compositas, producendo, easque cum auditorii adplausu defendendo, industriam judiciumque Tuum Præceptoribus tuis non parum probasti. Ut adeo præ multis aliis dignum Te esse ostenderis, quem Ecclesiæ rei que literariæ antistites posthac respiciant, quo in publicæ rei fructum dona Tibi concessa feliciter explicare queas. Quod ut fiat, DEum, omnis boni Largitorem terijs precibus imploro. Scr. Rostochii d. IV. Julii MDCCV.

JO. FECHT, D. P. P. Consist. Duc. Adf. & Districtus Rostoch. Superintendens.

*Ad Nobiliss. & Clariss. Dn. Respondentem!*

**H**Oc cum nuper opus, QVEITSCHI, Tua dextera ferret,  
Centuram repetens, judiciumque meum,  
Præsidiumque simul rogares rite tuendo,  
Quod calamus dextrè scripserat atque piè:  
Gratabar studio, menti gratabar honestæ,  
Quodque tibi Veri sedit honestus amor.  
Percurrens nitidam vidi sine pulvere chartam:  
Plena DEI *Sophies*, plena *Timoris* erat.  
Qui quod ad æterni spectat sacra gaudia cœli,  
Tros Rutulusve fuit, connumerare cupit,  
Christicolasve inter discrimina nulla capessens,  
Ex æquo fidei vult aperire fores,  
Horum turba sibi placeat; Nos nulla movebit,  
Non fumo, fuco vendere Vera velim!  
Sancto qui Verum rectè commiscuit, ille  
Omne tulit punctum *ἡγάπησα* sacra sequens,  
Illic *Principium* sequitur *Sapientia* Dia.,  
Inque *Timore* DEI *Principium* ipsa tenet:  
Ergo seu *Verum*, seu quis removere *Timorem*—  
Ausit, is haud sapiens; callidus esse potest.  
Tu, QVEITSCHI, quantum sapientia calliditate  
Differt, tantundem perge cavere malos.  
Sic Tua te Virtus, Pietasque in sede locabit  
Illa, quâ Sapiens, atque Beatus eris,

*Ex animo applaudens Doltiss. Honestissimoq. Dn. Respondenti suo  
gratulatur, omniaq. eximia votis*

PRÆSES.

Dicta duo præcipua, quæ fundamenti loco sunt præmittenda.

החכמה יראת יהוה Prov. IX 10.

יראת יהוה ראשית דעת Prov. I, 7.

*Verso Junii & Tremellii*

Principium sapientiz reverentia Jehovæ.

Reverentia Jehovæ est caput scientiz.

*Ex Versione Germanica Lutheri.*

Der Weisheit Anfang ist des HEHREN Furcht.

Des HEHREN Furcht ist Anfang zu lernen.

SECTIO PRIOR EXEGETICA.

§. 1.



Um in præsentem, כהלך יברך argumentum Divisissimi utriusque hujus dicti, at longè nunc difficilius per eorum, qui Scripturas pervertere amant, technas artesque redditu ordimur, in principio præmittenda quædam sunt, priusquam nos altius ipsam in materiam demittamus. Equidem multa forte hic forent dicenda de hujus libri autoritate divina, quam in dubium olim vocavit *Theodorus Mopsvesianus*, & non parum imminuit per opinionem suam de

Salomone, aliorum ante se sententias quod collegerit, & καλογοῦν inde fecerit, *Hugo Grotius*: (vid. *Poli præf. ad hunc librum.*) Quorum tamen prior rejectus est Synodo V. Constantinopolitana Anno Christi 553. posterior autem hoc nomine à *S. Calvio* justè reprehensus est. Verum quia præcunte S.S. tam Hebræi, quam Græci & Latini tantum non omnes, & in iis heterodoxi etiam cæteri pro divino hunc habeant libro: (Conf. *I. Reg. III. 12. & c. IV. 29.*) jure nos eo labore super sedemus. Neque secius de Chronologia monenda aliqua essent, quippe cujus, & Ecclesiastæ, inscriptionem *Pineda Lib. 8. Rer. Salom. Cap. 1.* suffragiis *Hieronimi & Cyrilli* suffultus, ad ætate confectum Salomonem, adeoque postquam pœnitentiam (Vid. *Heideggerus p. 286.*) egisset, referri probabile judicat, si jam nostri esset instituti. Verum scopus potius & argumentum brevissimis nobis sunt iustranda, quippe quæ quodammodo ad præsentem faciunt tractationem. Audiamus de hoc, licet, *Eusebium Hist. Eccl. lib. IV. 25. πᾶς ὁ ἔσθ' ἀρχαίων χορὴς παναρεθὲν σαφὴν τὰς Σολομωνίως παρρησίας ἐκάλει. Τοῦτ' ἐστὶν ἀντιγόρου Chorus Proverbia Salomonis sapientiam omnibus virtutibus* refer-

34  
33  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16

referam appellarunt. Heideggerus in *Enchiridio Biblico* p. 283. vocat Christianæ Ethicæ Compendium. Scopum verò totius Proverbiorum libri hunc unum esse, verbis Domini D. Fechtii, *Præcept. Ven. ex Collegio MS. Indifferentifico* assero, ut Salomon lectores informet, & adeo scientiam & intellectum veri bonique in animis audientium plantet, & tum demum per hanc scientiam ad voluntatis obsequium deducat. Rationem hujus asserti statim addit. *Hinc enim, inquit, totum libri argumentum, in primis statim primi capituli versibus ostensum, est בינה* intelligentia, *רוח* eruditio, *חכמה* doctrina, *משל* parabola, *דברי חכמים* verba sapientum, *רעה* scientia, *חכמה* sapientia, *תבונה* intellectus, *זומה* cogitatio. Quæ singula voces ex communissimo usu intellectus per sektionem immediatè, mediatè demum & consequenter per ipsam intellectus notitiã & informationem, voluntatis quoque instructionè denotant. Nec dissentit Dn. Preses, qui ad Libros Salomonis ita §. 9. Argumentũ hujus libri præcipuum est Sapientia Divina, paterno Salomonis nomine agentis, sententiosa informatio generis humani ad pietatem, atque ita *επισκοπος οὐκ εἰς κατασκευὴν αὐτῶν ἀλλ' εἰς διδασκαλίαν* &c. & §. 10. Scopus autem ejusdè est Doctrina de Gratia Dei in venturo Christo, tanquã Sapientiã Hypostaticã, omnes homines ut filios paternè ad pietatè duteute agnoscenda. Præcedit informatio, ac doctrina agnoscenda; succedit pietas inde haurienda.

§. II. His suppositis vocabulorũ evolutionem, quæ in dicto utroque nostro sunt, suscipimus & primùm quidem vocis *חכמה* ac vocis *רעה*, cujus initium in timore DEI collocatur. Ratione quidem Etymologiæ in voce *רעה* parum est laboris, cum notissimum sit, esse illam Infinitivũ Kal anomaliam vulgari, pro quo alias quoque *ירע* legitur. Significat ergo *nosse, scire*. Sicut autem inter omnes facillè populos Infinitivi nomina scunt non rarò, ita & hic Infinit. *רעה* creberrimè in Sacris nominascit, & significat, *Scientiam, Notitiã, Cognitionem, Considerationem, & similia*, cujus Radix est *ירע* *scivit, novit, agnovit, consideravit*. Quod ad alteram vocem *חכמה* attinet, etymologiam hujus quoque vocis, parum est, quod dispiciamus, cum quilibet sciat, hanc vocem derivari à *חכם*, quod significat, *sapit, qui actus est non voluntatis, sed intellectus*. Ab hoc verbo derivatur *חכמה* *Sapientia*, quæ propriè intellectui competit, uti & in plurali id innuitur Ps. 49, 4. *פִּי יִדְבֵר חֲכָמָה*.

§. III. Quod autem in loco nostro *חכמה* non sumatur pro *sapientia substantiali*, licet in ingressu ac progressu hujus libri frequens de hac, id est de Filio DEI Unigenito, sit sermo, cordatus quisque sat expedite ex eo videt, quod illa non habeat initium, hæc verò nostra initium habere dica-

dicatur: quodque *σοφία* ulurperur pro eâ vox חכמה, eodem initii  
 caractere circumscripta. Græcè est σοφία. Sumitur autem vox sapien-  
 tiæ, pro notitia rerum eximiarum, & præsertim pro rerum divinarum  
 notitia eminente: Sic sumitur 1 Cor. II. 6. *Sapientiam in perfectis loqui-*  
*mur:* quæ propriissima significatio est sapientiæ. Atque sic coincidit cum  
 illâ, quando sumitur in se, & præcisè, prout est notitia voluntatis divinæ,  
 quæ nobis viam revelavit, quæ Deum colere & isto in cultu ad salutem  
 pervenire queamus. Et hæc viæ notitia necessariò tam terminum viæ,  
 quàm ingressum viæ antecedit. Unde & disertè dicitur, hanc esse vitam  
 æternam, vel, ut exponi solet, viam ad vitam æternam, ut cognoscatur &  
 Pater & Filius, *Job. XVII. 3.* Porro autem crebro etiam sapientia sumitur  
 pro cognitione DEI applicatâ, quæ homo Deum in fide agnoscit, colit &  
 observat, quæ eadem est cum vera suaque in latitudine acceptâ pietate. *vid.*  
*Job. XXVIII. 28. Jung Flacii Clav. Ser.* sub voce Sapientia. Quæ acceptio  
 posterior nostro loco quàm optimè conveniet. Atque huic assentitur Do-  
 minus *D. Fecht:* ita dicens: Sumitur sapientia cum ἐμφάσει, prout noti-  
 tia illa homini est salutaris, hæc prout id, quod scitur, ad intentam à scien-  
 tia praxim vel fidei, vel morum solidè applicatur Atque sic duplici modo  
 opponi potest stultitiæ, quæ etiam sic sumitur. Adeoque sensus hujus dicti  
 esset, Initium veræ pietatis, quæ ab applicata veritatis cognitione sapien-  
 tia vocari meretur, est timor Domini. Quæ descriptionis vis uti valet *Prov.*  
*IX. 10.* ita *Prov. I. 7.* eadem hæc sapientia Practica vocatur חכמה, à ערר sci-  
 re, cognoscere, quod planè coincidit cum voce חכמה. Sed de eâ jam su-  
 pra dictum.

§. IV. Nunc quoque circa illud nomen versabimur, cum quo  
 sapientia construitur, quod *Prov. IX. 10.* est חכמה, de quo ferme ni-  
 hil observandum, nisi quod in dictis parallelis *Psal. CXI 10. Prov. I. 7.*  
 exprimitur voce חכמה, quæ etiam denotat principium, seu initium.  
 Triplici autem modo potissimum aliquid potest esse initium sive pri-  
 mum, (1.) tempore, (2.) dignitate, (3.) ordine. B. Geierus quidem  
 ad h. l. explicat simpliciter, ut significet initium, eâ ratione motus,  
 quia in altero nostro textu vox חכמה occurrit. Quod si cui placet,  
 ulterius respicere ad principium dignitatis, ea quoque significatio ad-  
 mitti sine molestiâ potest, cum aliquid possit esse initium & tempore  
 & dignitate simul. Quod confirmari (1.) potest per dicta parallela,  
 in quibus utitur Spiritus S. voce חכמה, ubi principium & tempore  
 & dignitate, sive primum & præstantissimum, simul & absque in-  
 congruo denotatur *Exod. XXIII. 19. Amos. VI. 1.* (2) Quia amor Dei  
 non

34

313

4

3

6

9

8

9

12

11

10

12

11

15

16

11

non tantum est initium, sed etiam continuatio & progressus sapientia. Accedit (3) quod per naturam rei, præcipue in practicis initium & præstantissimum mutuo se non tollant. (4) Multi interpretes interpretantur per præstantissimum; præsertim *Casalius*, & similiter *Muis*, *Hammondus*, *Ainsworthus* apud *Polum ad Psal. CXI. 10.* summam primamque sapientiam nominantes, motiq; dicto *Marc. XII. 28. Matth. XXII. 36.* ut adeo secundum hos sensus esset: Timor Domini præstantissimum sapientia vel in sapientia est. Atque hac ratione (5) eo quoque nomine, licet & alias, fortiter obvenire possemus Pontificiis, qui hoc dicto ad probandum justificationis initium abutuntur, quia scilicet Timor Domini adit ante sapientiam; itaque ante illam justificationem iustitia infusa, ut meritum de condigno, quod vocant, tanto melius stabilire possint, vid. *Brochm. Tom. 2. L. de justif. quest. XI. arg. 3. p. 530. Refutantur verò illi ab ipso l. c. & A. Molin. anal. C. 34. §. 3. ut & Gerbard. T. 3. LL pag. 975.* pluribusque aliis, quos vide sis in *Prückner. Vind. ad Ps. CXI. 10.* Verum præter has expositiones vocis *יְהוָה* & *יְהוָה* non minoris est observationis atque indaginis significatus ille, qui ex ordine causarum dependet, idque gemina ratione, ut accipiat vel sub ordine causa principiantis, secundum quem sensum hic foret Dicti nostri conceptus: Principium sapientiam causans est Timor Domini: sicut Filius Dei est Principium *Apoc. I. 8. C. XXI. 6. C. XXII. & Principium Creaturae Dei c. III. 14.* Estque Principium A Quo, vel Ex Quo; vel sub ordine Principii principianti, id est ejus, in quo primus rei effectus, prima ejus demonstratio, prima vis docendi &c. occupatur, itaque hic foret dicti hujus conceptus: Timor Domini est sapientia primus effectus, est primum, in quo sapientia occupatur, primum quod sapientia docet. Quæ interpretatio non parum similitudinis habet in dictis *Gen. X. 10. Job. XL. 14. Prov. IV. 7. Eccl. X. 13.* Quæ expositiones omnes ac singulae veri non sunt sine omni veritate, ita quæ hæc locis genuina sit atque innata sententia, deinceps vituri sumus.

§. V. Dicitur verò sapientia initium esse timor Domini, qui *יְהוָה* utrobique vocatur: scimus autem, duplicem dari Dei timorem, terribilem atque filialem: priorem hic intelligi statuunt è *Patribus Hieronymus*, vel potius *Beda* apud *Geierum*, item *Bellarminus*, & Pontificiorum plures apud *Prucknerum* atque alios, quippe quem perfectiorem sapientiam partim præcedere, partim comitari dicunt, fortasse, quia ille est initium veræ conversionis, id quod probat *Augustinus Tract. 9. in Job. IV. 18.* Vid. quoque *Act. IX. 6.* Verum alii intelligunt filialem,

lem, quo timemus Deum offendere, quique nil aliud est, quam charitas reverentialis; uti facit Geierus, & Seb. Schmidius &c. Quæ utraqve sententia de timore sive fervili sive filiali aliquam supponit notitiam, nisi stolidus ac coecus timor esse debeat. Priori ferme modo & Hieronymus accipit, dum per timorem Dei, piorem pœnitentiæ partem intelligit, quæ quis ob peccata sua timore & terrore percellitur, in se redit, Dei pœnas & infernum metuit, qui timor Dei veræ sapientiæ initium sic est, ut quis malas vias suas intelligere incipiat, & meliores ad salutem suam eligat, quo sensu verè dicitur, primam pœnitentiæ partem præcedere secundam, eiq; removendo prohibens, quasi viam parare. Sed in hac ipsa pœnitentiæ parte ita consideratâ, ut suo quodam modo viam secundæ paret, duplex notitia inevitabiliter supponitur (1.) ut sciat quisque distinctè & Deum esse, & Eundem justum scelerum esse vindicem Hebr. XI. 6. ac deinde Deum tamen esse gratiosum propter Christum, dum fide is recipiatur Rom. III. 23. 24. 25. quippe qui in ligno peccata nostra expiavit. i. Petr. II. 24. vid. Fecht. Colleg. Indiff. MS. Quodsi enim tanta cum priori parte pœnitentiæ non sit conjuncta notitia, parti illa secundæ nullo modo, nec removendo quidem quidquam impedimenti sternere viam poterit. De Timore Dei, qui filialis dicitur, res est clara atqve explorata. Quin & si seqvamus Flacium in Clavi Script. §. ejusque ad hanc vocem explicationem, qui annotat, timorem Domini sæpè latissimè accipi pro universa religione & toto cultu Psal. XXXIV. 12. cultus certè Deo præstandus non potest, nisi prævia doctrina atqve notitia, ad quam cultus dirigi debet, institui, adeoq; implicat & supponit etiam hoc modo notitiam. Quid? si vel ulterius explicaremus eum de lege divina, quippe quæ etiam vocatur יְהוָה P/. XIX. 10. ut ita evolvenda esset ex Rhetoricis Metonymia effecti pro causa; ipsa etiam lex, quatenus agenda docet prius circa notitiam versatur, quam circa actionem voluntatis. Sed Du. D. Fecht, explicat hanc vocem in genere de timore in conversione necessario, ubi requiritur timor, ut gratiæ gradus admittere possimus. Vid. Disp. de ordine modoqve Gratiæ, &c. Indifferentiæ timorem hic requirunt talem, qui excludat præviæ intellectus formationem, quam Lic. Enno Rud. Brenneisen in eâ, quam L. Stolizio opposuit Ausfürlichen Antwort Part. I. §. 10. pag 8. vocat eine Künstelung am Verstande; eumqve in finem nostrum è Prov. IX. 10. locum allegat. Quâ de re inferius agendum erit. Equidem facillè ita sum liberalis, ut largiar Indifferentiæ, Timorem aliquo modo antecedere

Sapientia, uti & David ulteriorem hominis illuminationem timori Domini submittit Ps. XXV. 12. *Quis est vir timens Jehovah? docebit eum de via quam eligat.* Et, quantum ego è Verbo Dei assequi valeo, ratione graduum res ita se habet. Quomodo autem instructio intellectus prævia removeri queat à timore DEI, dictu monstruosum manet, & captu *adversus*, cum fides ipsa tota, quæ in conversione efficitur, per auditum verbi prædicati, aut lecti itaque intellectui accendatur. Nolo omittere, quod Hebræi quidam dicant timorem Dei viam sternere ad sapientiam Dei cognoscendam. Quam tamen non nisi de sapientia cum *בן פארע* eos intelligere, ex sequentibus patebit. Sic enim scribit *Rabag super Job. XXVIII. 28.* & quidem ad vocem timor: *הוא דרך ארל שיגיע לו חכמה וכו' מרע הוא הצעה אל הגערת הכינה לפי שאנת שיגיע שלימות הנפש המרדה גופניות.* *Ille est via Domini, ut contingat illi sapientia ( & recedere à malo) hac preparatio, ut accipiat intelligentiam. Quia impossibile est, ut sit anima perfecta, cum negotium adhuc habet cum concupiscentiâ corporali.* Ubi perfectionem animæ in rectitudine & intellectu & voluntatis ponit. Ad hunc quoque locum scribit *Raschi*: *או צריכה לו: וצריכה לו: חכמה יפה בלתי יראת וכו'.* *Unum necesse habet alterum, nec sapientia est PULCHRA sine timore.* Ubi concedit sapientiam in se consideratam omnino esse sapientiam, verumtamen, quando non est conjuncta statim cum timore, non esse rectè ordinatam, adeoque nec esse pulchram, non quidem in se, sed comparate, scilicet respectu intentionis suæ, secundum quam à subjecto suo ad praxin deduci debet. His assentitur ad Psalm. CXI. 10. R. *Aben-Esra*: *וטעם כי יראת השם הביאנו אל הדרך שיבחר בה.* *Sensus est, quod timor Domini adducturus sit illum ad viam, quam eligere debeat.* Nullum ergo Timorem Coecum ne Hebræi quidem Doctores requirunt, sed qui distinctionem norit inter Dominum, & concupiscentiam corporalem; qui sapientiam non excludat; qui de viâ eligendâ ipse sit informatus, ut ad eam deducere possit.

§. VI. Atque hic timor porro vocatur, *Timor Domini*, *יראת יהוה*. Quinam verò per hunc Dominum intelligatur, non opus est, ut pluribus explicemus, quoniam per omnia ferme Systemata & Compendia, de hoc nomine id videri licet, quod sit essentialis & incommunicabile, illud, quod soli Deo competit. Jam verò hic timor vocatur timor Domini, non, ac si Dominus haberet hunc timorem, quo alios timeat; id quod ipsa DEI Majestas réfatat, unde optime *B. Glassius ad locum Prov. I. 7. in Philol. S.*

P. 494. annotat, quod, quemadmodum Genitivus varium quid designet, ita hic denotet Subjectum occupans, quod objectum vocant, ut timor habeat hic pro objecto Dominum, adeoque; ita esset timor, quod Dominus timeretur.

§. VII. His ita notatis videndum est, ut in veram Prædicationem Logicam reducatur gemella nostra dicta *Prov. I. 7. c. 1. X. 10.* addito etiam tertio *Pf. CXI. 10.* quod certius progredi deinde genuinam ad sententiam possimus. Distinguitur autem à Philosophis variè prædicatio; cujus cæteris distinctionibus omissis solam huc spectantem assumimus, per quam distinguitur in *inordinatam & ordinatam*: è quibus inordinata ad ordinatam, quia hæc est perfectior, reducenda jure est. Ordinata autem est, in cuius positu id, quod in natura subest, in termino quoque; subjicitur, &, quod naturam inest, in terminis quoque prædicatur, seu inesse dicitur, quod speciatim tunc fit, quando terminus latior de strictiori prædicatur. Inordinata verò est, in qua inter subjectum & prædicatum vel nullus est ordo naturalis, vel perturbatus: Uti Præceptor atque Patronus, dum viveret, meus æstumatissimus, *Dn. Pascha*, Philosophus acutissimus in quæstionibus extemporalibus Logicis p. 202. docet. Hinc patet, inordinatam hanc: Initium sapientiæ timor Domini, ad illam ordinatam: Timor Domini est initium sapientiæ: esse reducendam, quia timor Domini tanquam strictius subjici debet, quam initium sapientiæ, quod prædicari debet de timore Domini. Usus hujus rei videri potest in Syllogismis Crypticis, vid. *idem M. Nicol. Bened. Pascha in quæstionibus extemporalibus Logicis p. 816.* Quandoquidem verò in hac prædicatione sic ordinatam æquum est, ut omnes termini propriè sumantur præcisâ omni æquivocatione atque ambiguitate, hanc constituimus Prædicationem propriam: *Reverentia Jehovæ*, (quæ scilicet Essentialis & verus DEUS filiali cum fiduciâ timeretur) est *Principium Sapientiæ*, id est initiale requisitum, & præceptum, mediumque præcipuum ad obtinendam Sapientiam Practicam Eminentem. Patet ex his, quod significatum initii, quod in voce דָּרַת dominatur, & significatum præcipui, quod in voce נִשְׁאָר præcellit, una cum causalitate medii ad acquirendum Sapientiæ Divinæ Habitum Practicum requisitu omnino concurrant. Sic quando *Prov. IV. 7.* dicitur: *Principium Sapientiæ est: conquire Sapientiam, & in omni conquisitione tuâ conquire intelligentiam*: verus hic est sensus: Regula hæc: Conquire Sapientiam, seu stude ut Sapientiam acquiras, nulli parcas labori, curæ, operi, pretio, nulli membro corporis, nulli animæ facultati, sed quicquid in te est virium, id omne applica ad obtinendam Divinam Sapientiam: Hæc inquam regula est initiale requisitum ac præceptum, mediumque aliquod præcipuum ad obtinendam

emendam Sapientiam illam Eminentem. Facile hinc percipitur, in Conversione Hominis, cum Spiritus Sanctus ejus obstacula removet, & in homine Fidem Beatificam operatus est, ac per hanc operationem ad Veram Sapientiam Divinam eum, qui convertitur, deducere studet, nondum hunc hominem statim pro Eminenter Sapiente habendum esse, qui integram Divinam possideat Sapientiam, sed, uti Paulus loqui solet, pro puero in Christo, qui ad Sapientiam debeat augeri, succrescere, & per gradus pervenire: ad quod impetrandum opus deinde est Timore seu Reverentiâ Jehovah Domini Dei quæ nostræ, ne ab illo resultantis ac descendentis in antiquam stultitiam, & tenebrositatem intellectus pariter ac voluntatis pravitatem recidamus, è contrario autem, ab ipso solo ut discere studeamus è Verbo Ipsius, quod Veram Sapientiam, Intellectus æquæ ac Voluntatis Formatricem, Emendatricem, ac Perfectricem largitur, augmentat, firmat, & conservat. Quamobrem proximè ante utrumque locum nostrum *Prov. I. 5. & Prov. IX. 9.* de Augmento Sapientiæ sermo est.

SECTIO POSTERIOR

*Thesis κατὰ κενωτικὴν & ἀνακελευστικὴν tractans.*

§. VIII. His evolutis fundamenti loco Thesi nostræ substernimus Sapientiæ definitionem solummodo, quoniam per causas rem elucidare, supervacaneum n. h. videtur: illæ enim vel in Koenigto nostro, & quidem in doctrinâ de Theologia, quia hæc Proximum ejus est Synonymum, quæri possunt. *Sapientia igitur nobis est habitus intellectualis supereminens veritatem omnem divinam perfectionis Christiane causæ ordinem comprehendens, ( ἡ σοφία ) ut animum semper sapientiorum reddat ad salutem.* Notandum, hic nos definire sapientiam (1.) quæ virtus intellectualis est, non quæ virtus voluntatis, & demonstratio potius sapientiæ, quam ipsa sapientiæ est; quæ Sapientiæ denominatio propterea improprie talis est. Vide sis hoc discrimen *Jac. III. 13. (2.)* in statu suo essentiali & in se; non in statu accidentali, quatenus in hoc vel illo subiecto est, (3.) Theologicam, quam Deus per S. Scripturam & revelationem intendit, non aliam quamcunque *1. Cor. II. 10.*

§. IX. Atque hujus sapientiæ genus constituimus *habitus*, & Græcè ἕξις, ad discernendum verum æquæ à falso, ac Bonum à malo, præeunte Apostolo quo ad Vocem hanc Philosophicam *Heb. V. 14.* *Intellectualem* dicimus ad removendam *Habitus æquivocationem; Supereminentem* verò, ut eum ab *Habitu Philosophico* quovis distingueremus, velut eum, qui non formatur per opus naturæ & philosophiæ, sed per opus gratiæ & Theologiæ, unde & *Superna Jac. III. 15. 17.* ac *Spiritu-*  
lis

lis dicitur *Col. I. 9. Conf.* de hâc supereminentia *Habitus hujus Phil. III. 8.*  
 Quia verò cum hâc Sapiëntia etiam conjungi possunt alii *Habitus Divini*,  
 hinc ulterius *Differentia Sapiëntiæ Specifica* est, quod *veritatem Divinam*  
 complectitur, non quidem omnem in genere, sed omnem tamen ordi-  
 natam ad perfectionem Christianam, *Job. XVI. 13. c. XVII. 17. Phil. III. 8. 10.*  
 12. *Finis* tum ultimus, tum intermedius continetur in phrasi: *σφισαι εἰς*  
*σωτηρίαν*, quæ propriè significat sapienter instituere ac docere, reddere  
 sapientem, & comparativè sapientiorē: id quod fieri potest vel im-  
 mediatè per verbum divinum sive Spiritum S. per illud loquentem, 2.  
*Tim. III. 15.* vel mediatè per hominem 1. *Tim. IV. 16.*

§. X. Firmata jam definitione, ex Sapiëntiâ illâ Tantâ, tamque  
 Divinâ, ad quam, ut aspirare debebamus omnes, ita pervenire omnes  
 DEUM timentes possunt, omnes Veritates Theologicæ, omnesque fidei  
 articuli deduci possunt, qui fidem antecedunt, constituunt, consequuntur;  
 si nostri id esset instituti. Nos his suppositis progredimur ad Qvædam  
 Porismata, quorum I. erit: *Vera proprieque sic dicta Sapiëntia Divina pro-*  
*prium locum suum habet in intellectu.* Atque hoc probatur I.) è signifi-  
 catione vocis generali: quippe id exploratissimum est, Sapiëntiam apud  
 omnes gentes propriè accipi de habitu, vel resultante inde actu intelle-  
 ctus. Audiantur non tantum Philosophi omnes, sed & ipse Spiritus S. agens  
 de Sapiëntiâ, Artificum in Exodo, & Salomonis passim. Quibus accedit  
 Dictum illud *Lactantii* celebratissimum è *Lib. IV. de Verâ Sapiëntiâ c. IV.*  
*Sapiëntia præcedit, religio sequitur, quia prius est DEUM scire; consequens,*  
*colere.* Distinguit optimè inter Sapiëntiam, quam tribuit Facultati Scien-  
 di, & inter Religionem, quam tribuit Facultati Volendi, & Colendi II) ex  
 manifesta Scripturæ Sacræ litera, quæ Sapiëntiam hanc principaliter tri-  
 buit intellectui: è gr. omnibus iis in locis, ubi sciri & cognosci dicitur  
*Pf. LI. 8. Prov. I. 2. c. XXIV. 14. Eccl. I. 17. c. VIII. 16.* Quibus adjungantur *Pf.*  
*XXXVII. 30. Pf. XLIX. 4.* in quibus duobus pluribusque aliis locis Sa-  
 piëntiæ tribuitur, quod eam homines sint locuti, quæ phrasis non signi-  
 ficare potest actum voluntatis, quippe quem non dicimur loqui, sed con-  
 ceptum intellectus nostri, quippe quem eloqui possumus. Unde &  
*Prov. II. 2. C. IV. 7.* dicitur: *Auribus attende sapientiæ: id est, conceptibus*  
*intellectus de Verâ Sapiëntiâ Divinâ, per sermones quoque divinos ad au-*  
*res tuas delatis. Prob. III.)* exinde, quia Sacra Scriptura talia vocabula  
 velut Synonyma & affinia ei tribuit, quæ non ad voluntatem, sed ad  
 intellectum propriè spectant, ut *וַיִּבְרָךְ* & omnia, quæ supra in §. I. sunt  
 notata

34  
 33  
 4  
 3  
 28  
 8  
 27  
 7  
 15  
 16

notata vocabula. Jam verò Scriptura Sacra stylo humano scripta est, h. e. ita, ut à lectore suo intelligi possit; quod nisi foret, in nullis certi esse possemus verbis, quæ ex Scriptura desumuntur. Hinc tamdiu hanc quoque Sapientiæ Vocem ita usurpari fas est, donec immota argumenta aliud svadeant, scilicet habitum vel actum voluntatis propriè per eam significari.

§. XI. Antithesis est omnium *Indifferentiarum*, præcipueque *Brenseis*, qui contra naturam omnium animæ facultatum, contra naturam scientiarum, & contra naturam omnis sermonis, contrarium præ cæteris defendit *in tractatu* von der wahren Weisheit und wahren Glauben, quem præmisit der ausführlichen Antwort auf Herrn Lic: Stolckens Anmerkungen über einhaltene Lehr-Sätze: Ubi non tantum dicit: die rechte Wahrheit ist nicht im Verstande, sondern im Willen. (vid. *Epitome* toti tractatui *promissa* §. 8. & 27.) sed & hujus veritatis Synonymum facit *sapientiam* §. 29. Diese Wahrheit wird auch Weisheit genennet. Ex quibus jam satis constabit Antithesis Indifferentistica, quam ponit circa vocem Sapientiæ: sed tamen addere placet, quæ in §. 29. ibidem addit: Weisheit gehöret zum Willen, inusitatâ protecto philosophandi & contradicendi ratione: quali contra aliter sentientes studio §. 33. scribit: Aus diesem Philosophischen Grunde nun ist dieses sonderlich hergekommen, welches man wol die Mutter aller Irthümer nennen mag, daß man mit den Heidnischen Philosophis die Weisheit in dem Verstande des Menschen gesucht und gesetzt, und außer sapientia einen habitum intellectualem gemacht hat / an welchem Irthum jego alle Welt krank lieget. Perversum certè & Philosophum & Theosophum audimus. At hanc suam antithesin ut confirmet, in §. 29. & 30. dicti tractatus probationes habet, in quibus (I) argumentum delimitur à Scripturæ litera; *Jai. III. 17, 18. coll. 1 Cor. XIII. 4. seqq. Sap. VII. 25-28. cap. VIII. 7. 1 Cor. II. 6, 7. 1 Cor. I. 23. Eph. III. 8, 9, 10, 19, 20, 21. 2 Pet. I. 2, 3, 4. & è contrario Col. II. 23. coll. 2. Tim. III. 5.* (II) ab exemplis Patrum è *Sap. X.* quorum in voluntate sapientiam constitisse ait. Atque hæc suâ suffultus sapientiâ homo *Φιλαυτος*, Scripturisque *S. abus*, eò adducitur, ut sapientiam orthodoxè (quâ voce calumniari non erubescit) consideratam pessimis partim, partim fictitiis titulis insigniverit v. g. *Hirn-Concepten* it. §. 11. die *Hirn-Weisheit* / falsch-berühmte *Kunst* / loses *Geschwätz* / eosque, qui Theologiam aliasque scientias quidquam illuc afferentes docent; *Hirn-Gelcherten* §. 9 & frequentissimè vocat. De facultatibus animi distinctis, quas ipse non tollit, hic nihil dicere possumus, intra constitutos limites nos retenturi; diductas vero videsis apud Theologos Naturales, Physicos & Moralistas passim, ne opus h. l. sit, prolixè talia disputare.

§. XII.

§. XII. Ante verò, quam aliquid respondeamus, moneri poterat dicto Apellis celebraffimo, quandoquidem ex integro ejuscripto id elucet, Virum in hoc studii genere miserrimè & tantum per vanam quandam φιλαυσίαν, ac rixandi studium fuisse versatum, unde &, quicquid in ipso legitur, id omne Christum prædicat, si prædicat, uti Paulus ait *Phil. I. 15.* *ἄλλο φθῆνον καὶ εἶναι, ὅτι ὁ ἐξ ἐπιθεσίας καὶ ἀγῶνός,* siquidem ille etiam est *ἰομεν* *Θ* *Ἰλίου* *ἐπιφέρειν* *ἑῖς* *διεσμοῖς* *τῶν* *ἀγῶν,* sperat aliquid affectationis se allaturum esse vinculis eorum, qui inter innumeras Indifferentiarum, magnorum parvorumq; , clanculariorum pariter & apertiorum, blandientiũ æquè ac frementium, insidias, blasphemias, calumnias, insultationes, detractiones, puritati Divinæ Veritatis se consecrant, & sacrificant: Sed frenum est in manu Domini, ipsi compescendo, ne Veritatem in Indifferentissimum mutet, & Ecclesiam pessundet, satis æquale: Quinimò ipse sibi frenum est, cum ubiq; ferè sibi ipsi contradicat, & contra conceptus cerebri scribens, novos Indifferentissimi cerebri conceptus sparcat, omnibusq; sectis æqualiter se opponens, horrendam de novo sectam efformare studeat, qui cum sese *Brenneisensio* rectè (id est *αθεολογίας*) sentiant, dum orthodoxos bene lacerare didicerint, & vel ipsam rationè humanam evertere velint. Legere profectò librũ est refutare neq; refutandus in iis, in quibus à veritate & sinceritate Evangelii recedit, tantò ob claritatem esset, nisi se obtinere bonã legitimãq; causam aliis obtrudere gestiret. Esto igitur in hac nostra materia ad objectionem ejus primã Resp. I. Abusui allegatorum Scripturæ locorum, robustissima alia loca nostram thesin probantia opponi possunt, quemadmodum jam §. 10. supra factum. (2) Generaliter in allegatis locis disting. inter ea, quæ competunt rei alicui, consequenter, & antecedenter: sive, mediatè, & immediatè. Si ergo vox sapientiæ tribuatur in locis quibusdam actui voluntatis, non tamen nisi è rhetorico dicendi tropo, consequenter, & mediatè, voluntati competit: non autem propterea etiam propriè eam competere voluntati judicandum est. In specie verò ad singula ibi allata dicta breviter erit respondendum, & quidem *ad Jac. III. 17. 18. coll. cum I. Cor. XIII. 4. 199.* notamus, confundi non confundenda, & pro parallelis haberi, quæ talia non sunt. Attributa illa Charitati omninò conveniunt, sed non ex eo fundamento, quod charitas sit sapientia, & vice versã, sed quia charitas tanquam virtus Theologica illiusmodi operationes exequitur, & per consequens talia attributa de se dici rectè postulat, quæ ipsa Voluntas hominis sanctificata, ut charitatis mater, sibi quoq; tribui

patitur, velut ea, quæ actus charitatis imperat atq; elicit. Quod autem ad Sapientiam attinet, illi quoq; talia attributa congruunt, sed ex eò capite, quia ipsa tales Voluntatis & Charitatis actus dirigit juxta cognitionem Divinæ Voluntatis è Verbo DEI haustam. Hinc illi nomina ista conveniunt per Metonymiam, ut rhetores loquuntur; at Charitati per ipsam naturam. Ad dictum *Sap. VII. 25. seqq.* præter id, quod Apocryphum hoc est testimonium, non vanâ rerum confusione debilitatum, resp. dist. inter sapientiam substantialem & accidentalem: itemq; *ad b. l. & Caput VIII.* inter effectus Sapientiæ immediatos, qui sunt accuratius scire, agnoscere, distinguere, judicare; & mediatos, quos voluntate mediante dirigit. Ad dictum *1. Cor. II. 6, 7. Eph. III. 8, 9, 10.* Resp. in his dictis non nisi de dispositione Dei circa hominis lapsi salutem agitur: utrum verò hæc respectu nostri ad intellectum, an verò ad voluntatem primitus immediate pertineat, quisq; cordatus judicet. Ad *1. Cor. I. 23.* resp. in his verbis: Prædicamus Christum divinam virtutem atq; sapientiam: nullam esse connexionem cum Brenneisenianâ conclusione: Et sapientia hæc est pietas, vel etiam: Ergò Sapientia residet in voluntate. Quæ quæso hæc est consequentia, cum hic de pietate & voluntate neullus quidem sit sermo, sed de ipso Christo, quod ipse sit Virtus & Sapientia, proptereaq; ipsa etiam prædicatio de Christo vera sit, & in Evangelio DEI fundata ac virtuosa sapientia. Porro sibi metipsi ad *Eph. III. v. 18. 19.* contradicit, cum secundum illum Pauli locum aperte distingvatur amare, & nosse: quorum hoc ad intellectum, illud ad voluntatem spectat: Sed excipis, At igitur rejicitur hic notitia: Ergò, cum sapientia commendatur, sapientia alia sit, oportet, & talis quidem, quæ non in intellectu consistit, sed in voluntate. Sed Resp. (a) in his versiculis non omne scire in comparisonem venit, sed in v. 18. ἡ ἀγαπή & ἐπιστά, & in v. 19. ἡ γνώσις simpliciter postulatur, velut pars divinæ Sapientiæ, quæ & jam præsens esse, & continuari debeat, per vim Aristorum. (β) Nulla hic notitia rejicitur, sed, stante hac hypothesi, quod ἡ ἀγαπή & Χρῆσις, seu charitas Christi, passivè sit explicanda, de charitate, quæ Christus ametur à nobis, nihil hic est, nisi comparata locutio, quæ ita intelligenda, ut notitia mysteriorum DEI in praxin non deducta, vel etiam male applicata salutiferè nil conducat, & in eò, qui Christum non amet, planè nihili sit ipsius notitia, habito respectu ad eum modum quo conducit practica notitia. Ne quid (γ) de eò dicamus, quod magis congruè alii τὴν ἀγάπην activè exponant, de amore, quo Christus nos amaverit, atq; hodiernum mensura nos amet  
admi

admirabili. Ad locum *II. Petr. I. 2. 3. 4.* Reip. Explicatio hæc est Brenneiseniana; ubi per virtutem intelligit opus aliquod nostræ Voluntatis, cum potius hic sensus sit: Nobis per cognitionem Christi donata est omnigena divina virtus, quæ ad vitam dirigendam spectat: unde id efficitur, quod cognitioni illi virtus supernaturalis adsit, per quam homo rectè admittam converti ac dirigi possit ad vitam spiritualem, & pietatem primò obtinendam, ac deinde conservandam: quò eodem in dicto & gratia & pax, quæ ad vitam piam constitutivè non pertinent, in cognitione Dei & Christi, tanquam in causâ mediâ instrumentali, amplificari dicitur. Ad *Col. II. 23.* dist. inter sapientiam ex Scriptura S. & ex cerebello humano, quemadmodum hæc etiam est indifferentistica, desumptam: de quali sermo nobis non est, sed de eâ, quæ ex DEO per Verbum suum ad nos pervenit. Quod autem cum eò confert *2. Tim. III. 5.* eaq; loca parallela putat, in eò errat tantum, quantum discriminis est inter eum, qui, sive id nòrit, sive minus, divinam falsò jactat sapientiam, ex eaq; falsas auditoribus propinat opiniones sub opinione vel specie veri, unde deinceps vel hypocrisis, vel putativa sanctitas promanat; & inter eum, qui pietatem quidem ore præfert, cultuq; simulat, sed opere planè non exprimit, itaque solâ hypocrisis laborat, & sanctitatem à se alienam esse, optimè novit.

Ad II. Object: ab Exemplis Patrum, Noæ, Abrahami, Lothi, Jacobi, (hos enim solos è Sap. X. in hunc finem repetit, & *Gen. VI. 9.* & *2. Petr. II. 5.* *Gen. XVII. 1.* & *Rom. X. 20.* *2. Petr. II. 7. 8.* conferre gestit, Respond: (1.) In his ipsis suis adductis locis citatisque exemplis non exstare, quod Sapientia ipsorum posita fuerit non in intellectu, sed in Voluntate: adeò, ut Indifferentista nihil de eo probet, quod probare debebat: (2) falsissima est illatio, quam intendit. Probari potest è SS. literis, quod in Patribus fuerit ein heiliges und Göttl. Leben: item, In SS. literis non dicitur, quod ipsorum Sapientia sey in vielen Speculativischen Concepten von dem Göttlichen Wesen bestanden: ERGO Sapientia illorum non fuit in intellectu, sed in voluntate. Quis unquam sic argumentatus est? Concurrent tot fallaciæ, tot vanæ hypotheses, ut totum ejus negotium undequaque corruat. 3.) ipse etiam è *2. Petr. II. 5.* affert, Noachum fuisse præconem justitiæ, & tamen hoc ejus præconium ab intellectu remove fatagit, cum prædicari justitia non possit, nisi rectè cognita; concedit quoque, Patres instituisse suos in doctrina de pietate, cum tamen institutio aliorum in doctrinâ ex intellectu proveniat, & ad intellectum informandorum transeat, priusquam voluntatis operatio accedat. Et quamvis adjiciat, non comparandum esse cum modo instituendi nostro, tamen hæc quoque responsio nil valet, cum

cum modus non variet rem. Distingv. inter doctrinam ipsam, quam proposuerunt, quæ fuit opus intellectus, & rei tractandæ modum. Contundit ergo materiale cum formali, atque hoc, nõrit ipse, num ex lupina ignorantia, an malitia? Hinc frustra cavillatur adeo ignominiosis vocabulis, nostram sapientiam nominando *Hirn-Weisheit* &c. & illos, qui eam docent, *Hirn-Gelehrten*; cum forte ipsi sapientia, ut dici solet, in calcaneo lestorem violenter sic instruit, quod non sit in cerebro: quasi verò anima extra cerebrum per voluntatem operetur, aut ipse Brenneienius sine cerebro pietatem colere queat. Videat ergo, ne graviter Deum cerebri quoque sapientissimum Conditorem lædat his loquendi formulis, eundemque vindicem contumeliæ habeat severissimum. Solum id h.l. annectimus, quod vana illius persuasio sit, omnium errorum genitricem esse sententiam, quæ sapientiam hanc in intellectu collocat, ex eaque habitum intellectualem facit: quandoquidem illa, ut in intellectu resideat, nihilominus voluntatem dirigit, &, ut *Habitus* sit intellectualis, propterea tamen non sit otiosè speculativus, sed practicus, & ad omne sanctæ actionis genus promovendum contendens. Sed hæc iis, qui rectius, quàm ipse, sapientiæ studium excoluerunt, sunt cognitissima.

PORISM. II. *Informatio, & cognitio intellectus antecedit & dirigere debet ac producere timorem DEI,* (1. Tim. 1. 7.)

Atque hoc probatur (1.) *ex clarissimo scripturæ S. testimonio*: & quidem Prov. IV. 7. clarius esse nullum poterat, si communi staretur Versio. ne, quæ ita se habet: *Sapientia initium est, eam libenter audire*; at verò, cum originalis textus initium Sapientiæ esse dicat hanc regulam: *חַכְמָה תְּחִלָּה*, Acquire sapientiam, quod non audiendo tantum, sed & alio quovis modo fieri posse videbitur: Surrogabimus ei celeberrimum illud Rom. X. 14. *Quomodo igitur invocabunt, in quem non crediderunt? Quomodo autem credent de quo non audiverunt? Quomodo autem audient sine prædicante?* Quæro te quid clarius, ubi preces fidesq; suspenduntur ab auditu, & prædicantis informatione, itaq; ab intellectu, quem prius informare debet præco, quàm voluntas cum prece fidesq; formari possunt? Succedunt huic innumera alia ut 2. Tim. III. 15. ubi notitia fidei præmittitur; Eph. I. 8. 9. 13. Col. I. 9. 10. 1. Cor. I. 7. 6, ubi, quantum in intellectu perfectio situm sit, undique elucescit, (2.) *à legitima consequentia*, quia usus Scripturæ S. primus per naturam rei & ordinem Paulinum est didascalicus, 2. Tim. II. 16.; adeoque & operatione præcedere debet informa-

tio

tio directioni morum. Prior verò ad intellectum, sicut posterior ad voluntatem, timoremque DEI dirigendum, pertinet. (3.) *ab analogia fidei.* Ita enim concludimus: Timor ille DEI, de quò nos loquimur, fiducialis, in homine aut est ab instinctu & virtute relictæ sibi naturæ, (hoc erit Pelagianum,) aut ab lumine quodam citra formationem intellectus è verbo antecedentem, (hoc erit fanaticum) aut tandem à cognitione Dei & Christi intellectuali per verbum hausto: quæ, quod Scripturis conforme, præcedere necessario debet. (4.) *ex rationibus naturæ & notis:* nihil enim est in voluntate, quod non prius fuit in intellectu & ignoti nulla est cupido.

Antithesis est Indifferentiarum, & præcipue Brenneisenii in Tract. *Aufführ. Anwort &c.* §. 10. ubi hæc ejus sunt verba memorabilia: *Wir sinden ja nirgends in dercu (Aposteln) Schrifften/ daß sie an dem Verstande ihrer Zuhörer gekimpelt hätten/ denselben mit gewissen und distincten Concepten von dem Reich Gottes zu erfüllen; sondern ihr ganzes Wesen gieng dahin/ wie sie den Willen ihrer Zuhörer möchten zur wahren Buss und Erkenntniß ihres tiefen Esendes/ darin sie von Natur fiaden/ lenden und sribren. Und lau ich mit Freudigkeit hierinnen mich auff alle Schrifften des N. und N. T. beruffen/ daß man in allen Reden unsers Heylandes und seiner Aposteln so wenig/ als anderswo/ von keiner andern methode die geringste Spur findet noch merket. &c. &c.*

*Objecto ergo prima est Exemplum Christi & Apostolorum, aliorumq. v. & N. Tei scripto: um,* qui omnes omnino non à formando intellectu, sed à formando voluntate coeperint. Verum resp. (1.) Ipse sibi Brenneisenius contraria loquitur, dum dicit, voluntatem ab iis motam actamque esse zur wahren Buss / und Erkenntniß ihres tiefen Esendes/ darin sie von Natur fiaden. Uti verò absurdum est, voluntatem cognoscere, id quod sine ullo dubio intellectui competit, ita miserum est dictu, quomodo profundum illud malum, in quò naturâ hæserint lectores auditoresque, potuerit cognosci sine certis & distinctis conceptibus, & sine instructione intellectus. Malum enim, uti malum; ejusque profunditas, ut malum magnum; ejusque naturalitas, ut malum connatum; ejusque adhesio, ut malum præsentissimè circuiens, repræsentare debuit illud ipsum, quod malum concipi, & cogno ci ipso fatente debebat. (2.) intolerabile est, quod exempla talia contra veritatem allegentur: quandoquidem *partim* frustra respicitur ad exempla eorum, qui agunt cum jam intelligentibus, & notitiâ rerum jam instructis, quod in plerisque fit sanctorum Epistolis; *partim* id temere negligitur, quod nulla plane est Epistola, quæ non provocet ad præcedaneam intellectus formationē, in negotio instruendæ voluntatis: Vid. Rom. XV. 14. 1. Cor. I. 4. - 6. Gal. I. 8. & ita porro: Conferas quoque orationem Petrinam Act. X. 36. ) *partim* inique reicitur informatio intellectus, & *ab iis præmissa*, uti Act. II. 14. - 36. ubi tandem formatio voluntatis

luntatis succedit v. 38--40. & ab iis artificiose quoque continuata, cuius rei testis est luculenta, vel sola Paulina ad Romanos Epistola, ut de Scriptis Historicis nihil dicam. Quoniam ergo ista contra veritatem iactantia!

*Object. II.* defumitur à clara Scriptura S. lizera, siquidem dicit, futurum se esse tuam thesaurum, seu cum Sat mit einigen klaren Sprüchen der H. Schrift bewiesen. Et allegat deinde Salomonem Prov. II. 1. 1. ubi veram sapientiam consequi dicuntur ii, qui precibus Deum pro eadem largienda fatigant; Mein Kind wilt du ic. denn so du mit Fleiß nach der Weisheit rustest und darum be-test/ als denn wirst du die Furcht des H. Erren vernemen/ und Gottes Erkänntnis finden ic. Porro cap. III. 5. 6. 23. Verlaß dich auf den H. Erren von gangem Herzen und verlaß dich nicht auf deinen Verstand. Gedénke an Ihn in allen deinen Wegen / so wird Er dich recht führen. ibique confert v. 32. ex opposito citatum: itemque Cap. IX. 10. Der Weisheit Anfang ist des H. Erren Furcht: quod ipsum est nostrum dictum, cui confert Psal. CXI. 10. & addit: welches auch von seinem Vater eingeschärffet worden/ und Sirach saget Cap. I. 6 die Furcht des H. Erren ist der Weisheit Anfang ic.

*Resp. 1.* Dictis speciosâ cum falsitate allatis dicta componimus rectè allegata, & quidem ex ipso per eum citato Prov. Salomonis lib. Cap. I. 2. ubi vult suam doctrinam disci seu cognosci, & aliis intelligendam reddi; C. II. 12. ubi eam vult suscipi, mente recondi, audiri. Add. C. IV. 1. & 20. C. V. 1. C. VII. 1. Cap. VIII. 1. Ubi in principio cuiuslibet capituli sapientiâ ejusque monita intellectui imprimi cupit, quo eo melius voluntatem possit flexere. Ne ergo sibi hæc invicem dicta contradicant, aliter, atque adversarius facit, id est rectè, explicanda sunt objecta dicta. Accedit 2.) quod hic ad-sint ubique vocabula, quæ proximè & primò intellectus notitiam; consequenter tantum voluntatis praxin indicant; id quod indicio est, quod sapientia, quantum tandem ejus pars suscepta sit, nihilo secius primùm in intellectu existens dirigat praxin voluntatis. Hinc omnino optimè docent Theologi nostri, omnem cognitionem Theologicam statim ad praxin, ad veram nempe applicationem meriti Christi, & verum ad amorem Dei proximique tendere, quia Theologia est habitus practicus. Hinc 3.) specialiter ad Prov. II. 1. 1. dicendum est, Salomonem loqui ad Judæos, quorum intellectus jam mysteriorum divinorum notitia erat imbutus. Illi necesse habebant precibus uti, non ut notitiam primùm impetrarent, sed ut impetratam notitiam firmarent Prov. I. 5. c. IX. 8. 9. idque omnia veræ fidei, timoris Domini, totiusque Divini cultus incrementum. Sed eâ de re inferius ad Object. III. aliquid erit addendum. (4) Dictum Prov. III. 5. potius contrariam sententiam destruit: si enim non propriæ intelligentiæ innitendum, ex verbo DEI & vera credendorum & agendorum notitia intellectui imprimendum primo illud fuit, quo abuti non debemus,

bemus, sed ita potius uti, ut deinde eo melius vitam instituire secundum  
 intelligentiam eam possimus. Quod ad versum 32. attinet, etiam si ad hoc  
 negotium locus ille parum afferat, dicendum tamen: Et pios & impios  
 Scripturæ sensum & mysterium DEI posse assequi, sed distinctâ ratione,  
 siquidem DEUS (mens hæc est Dni Fectii) illis, (DEUM sc in verbo  
 agnatum reverentibus,) oculos ita illuminat, ut videant non tantum sen-  
 sum Scripturæ, sed & מִלְאָכִים mirabilia, reconditos nempe thesauros  
 sub sensu latentes Pl. CXIX. 8: (vid. Præf. de neglecto S. Scripturarum  
 studio præmiss. comment. Dorschæi in epist. Judæ §. 23.) cum è contrario  
 ii, qui DEUM non reverentur, Sensum quidem Mysterii Divini asse-  
 quantur, sed ita, ut ad thesaurorum in eò propositorum possessionem  
 non deveniant. Quo in negotio tamen Enthusiasini acculari non pos-  
 sunt, qui DEUM in & cum verbo in uno homine majori cum effectu &  
 successu, quam in alio agere adseverant I Cor. XII. 11. (5) Ad illud verò  
 majoris momenti dictum è Prov. IX. 10. I. 7. & Pl. CXI. 10. collato etiam  
 Sir. I. 16. dicendum tantum brevissimis (qui a diversa vocis Sapientiæ ex-  
 plicatio jam supra est evoluta, verusque deinceps sensus adductus,) quod  
 sermo sit de Sapiencia Eminente: quam ubique Timor Domini antecedi-  
 dit: quod ipsum nihil detrahit de formatione intellectus eâ, è qua Timor  
 Domini resultat, imò è qua Timor Domini immediatè resultare debet,  
 Quæ uti constans est Theologorum nostrorum sententia, ita ansam sup-  
 peditant, rectius de iis sentiendi, semperque id relinquunt, timeri DEUM  
 non posse, nisi agnatum, ut necessario agnitio timorem præcedat, verum-  
 que maneat, Timorem DEI esse principium Sapientiæ Eminentis & cum  
 ἐμφάνεια sumta, non verò sapientiæ præcisè & in se, uti est notitia DEI  
 necessaria, considerata.

III. *Obj.* delumta est à necessitate orationis. Quia orationis ne-  
 cessitas ante res omnes, adeoque & ante rerum revelatarum vel lectio-  
 nem vel meditationem à Christo commendata fuerit, Matth VII. 7, 8 & seqq.  
 Luc. XI. 9. Iqq. Præsertim Jac. I. 5. *Si cui deest sapientia, petat à Deo* Jam verò  
 sapientia ad intellectû, preces ut ut parû observatæ ad voluntatè spectare  
 dicuntur. Resp. Licet per supra datas responhones hæc quoque objecti sine  
 labore possit solvi, tamen, quia hoc dictum pro indissolubili nodo Gor-  
 dio habent, ejusque speciem speciosissimam credulum, quod cupiunt,  
 vulgus haud facile dijudicat, specialiter ad hoc respondemus. Primum  
 autem quæri non male licebit ex Brenneisenio, quare ergo ipse ita alie-  
 num se gesserit ab hoc mandato divino, ut tractatum suum de Verâ Sapi-  
 entia nec inceperit, nec prolecutus sit oratione. Dicet forte, precatum se  
 esse intra mentem suam, ut scriptò precari opus haud fuerit; sed quæ fieri  
 potuisset

34  
 33  
 4  
 3  
 2  
 1  
 28  
 27  
 26  
 25  
 24  
 23  
 22  
 21  
 20  
 19  
 18  
 17  
 16  
 15  
 14  
 13  
 12  
 11  
 10  
 9  
 8  
 7  
 6  
 5  
 4  
 3  
 2  
 1

potuisset, ut nec unicum suspirium penne se insinuasset, nisi tanto in negotio, ubi de Sapiencia gravissime erat agendum, vel se omnem Sapienciam jam possidere putasset, vel præceptum Domini & exemplum e Sap. IX. quod aliis crebro opponit, ad sese haud pertinere credidisset? Annon ergo ferre me debet ita colligentem ex hypothesi ipsius: E. nova ejus sapientia Indifferentistica, quia precis parum habet, non est vera sapientia, sed carnalis & spuria. Turpe ergo est Doctori &c. 2) Nec facile tamen unicus liber tam V. quam N. Tu incipit à precibus, sed epistolæ tantum quædam, quæ brevissimo tamen cum voto, non verò formali ad Deum petitione, inchoantur. 3) Nulla est seqvela.: Christus in supra citatis dictis preces commendat, E. preces notitiam antecedunt, sed id potius sequitur: quando preces commendantur, tunc jam antecessit necessaria intellectus rectificatio, cum impossibile sit, sapientiam à Deo petere, nisi ante cognoscatur & Deus, Sapientie dator, & indigentia nostra, qui eò, quod petendum est, destituimur, & ipsa sapientia, ne sit spuria, quæ petitur. Accedit, quod petitio in fide fieri jubeatur, quæ sine notitiâ esse nequit. Suppositâ verò hâc, deinde petere homo potest, ut sibi ea jam cognita, jam accepta prima notitia sit salutaris, ut quotidie incrementum in ea ad Sapientiam usq; eminentiorem capiat, ut errantem se illa in viam reducat. Implicat ergò, instruere aut informare voluntatem ad petendum, nisi intelligatur, mediante informatione intellectus, à quo petendum sit. Voluntas enim non noscit ac percipit, sed percepta agit, uti intellectus non agit cognita, sed percipit.

IV. Objectio desumpta est à poena ejusmodi hominibus dictata, qui intellectum voluntati præferant, dicentes: Matth. VI. 22. *Herr haben wir nicht in deinem Rahmen geweißaget? haben wir nicht in deinem Rahmen viel Thaten gethan? &c.* Resp. (1.) Concedimus, poenâ dignum esse, qui voluntatem Domini novit sine praxi, vid. Luc. XII. 47. uti & is poenâ dignus est, qui sine verâ DEI cognitione opera jactat Luc. XVIII. 11. 12. Verum qui sit, quod Brenneisenius prius urgens, reliqua adjecta non viderit, quæ ad voluntatem spectant, qualia sinistrè jactantes Christus etiam hic loci rejicit? observare ex eo debuerat, quod sapientia intellectualis qua talis, sive in se considerata, hic in culpa rejectionis non sit, uti neque actus voluntatis qua talis, sed id, quod non in Deo, sed suam gloriam cognoverant, prophetarant, patrarant, (2) Quis edocuit adversarium, quod prophetans h. l. idem sit, qui solos urgeat conceptus intelligentiæ? Mira certè hæc ejus sunt crepundia: *Herr/ Herr haben wir nicht in deinem Rahmen geweißaget? Das ist/ haben wirs uns nicht blut-sauer werden lassen / die Geheimnisse deines Wesens in gewisse Conceptus zu bringen/ solche andern vorgetragen/ und die sich darnach nicht richten*

richten wollen / für Reker erkläret? Dann es ist bekannt / daß das Wort Weiffagen  
 so viel als lehren heist. E quo principio prophetantem h. l. vocat einen  
 solchen Schwäger / der nicht auff die Besserung des Willens dringet / sondern auff  
 die Concepten des Verstandes. Quantulum eruditionis vera & Christia-  
 na hic inveniatur, quotusquisque est, quin videat? Quid est, quod  
 nequeat in ipsum intorqueri, vel retorqueri? Annon si in verbis Chri-  
 sti lusum & torturam adeo turpem sectari quis vellet, iisdem verbis ille  
 dicat; das ist/haben wirs uns nicht blut-sauer werden lassen / die Geheimnisse deines  
 Wesens in ungewisse Conceptus und Indifferenzstrey zu bringen / solcht andern vor-  
 zutragen / und die sich darnach nicht richten wollen / für unnütze Schwäger / und  
 Hirngelahrte erkläret? Dann es ist bekannt / daß das Wort Weiffagen so viel als  
 lehren heisset. Annon & e contrario dici poterat wieder einen unnützen  
 Schwäger / der ohne Grund auff Besserung des Willens dringet / und den Verstand  
 in Finsterniß verderben lässet? Quidni vero Prophetare potius h. l. pertineat  
 ad Miraculosa Dona Spiritus, uti ea, quæ sequuntur, Expellere hæ-  
 monia, Multas Virtutes perficere? Et si cavillationes valeant, quidni  
 ex ultimâ hâc phrasi: Haben wir nicht in deinem Nahmen viel Thaten gethan?  
 talis eliciatur commentarius: Das ist/haben wirs uns nicht blut-sauer werden  
 lassen / den Leuten die Conceptus von der Theologi aus dem Sinn zu bringen / da-  
 gegen auff den Willen und auff gute Werde bey unseren Zuhörern gedungen / und  
 die dabey die Wahrheit in gewisse Ordnung bringen wollen / für Schwäger erkläret?  
 Denn es ist bekannt / daß das Wort Thun vom Willen gebraucht wird. Hunc  
 Egeram si lectoris, egregie S. Codicem pervertes, licet hæc exposi-  
 tio ultima plus veritatis habitura foret, quam ea, quam ipse nobis ob-  
 trudere est conatus. Accedit (3.) quod ipse Christus illa in oratione  
 longè pulcherrimâ omnino prius instruxerit intellectum, quam  
 voluntatem, dum Beatitudinis, Impletionis Legis, & Justitiæ  
 &c. meliorem edocuit sensum, quam qui Pharisaicè doce-  
 ri solebat: unde & in fine dicit orationis C. VII. 24. Wer meine Worte  
 (NB. prius) höret / und (N. deinde) thut / &c. ipsiusque doctrina v.  
 ult. celebratur. Nihil est in toto Brenneisenii discursu, quod non, ubi  
 ad hanc materiam descendit, (descendit autem quam plurimum) labo-  
 ret miserandis profecto, & vero Christiano, quin & homine indignis  
 ejusmodi ratiociniis, S. literarum detorsionibus, & perditis concepti-  
 bus vanitatis, ut, si tales plenè thylacò sp. rlas quisquillas seligere & seor-  
 sim retellere quis velit, integram termè vitam in gerris ejus consume-  
 re debeat. Quod sicut non est mei laboris, ita, respicere si noluerit,  
 quod opto, solus ille sibi, sed suo periculo, sapiat; Christianis certè ad  
 Verbum Dei non depravatum respicientibus talia non persvadebit, qua-  
 si perinde sit, quos quisque ejusque intellectus de Deo, & Christo, &  
 Vita

34

33

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

Vita Aeternâ & se ipso, & Erroribus, & Hæresibusque ac sectis conceptus teneat: quem unum in finem omnia aded perditè & confusissimò rerum abstrusissimarum coagulò congeffit. Qui DEUM timet, & Sapientiam quærit, meliora sentit.

**PORISMA III.** *Quascunq; Sapientia profectus homo nanciscitur, hos omnes omni tempore in sancto DEI timore ad praxin & sanctimoniam deducere deber.*

**S**ententia hæc uti est de sanctissima nostra fide, ita non potest displicere, nisi, qui licentiosum vitæ genus cum Christianismo, & Theologia constare posse autumant. Qvalis uti vel ipsa primitiva Ecclesia detestata est homines in Nicolaitis Apoc. 11. aliisque multis, quos in 11. Petr. 2. & tota fermè Judæ Epistola notatos videmus: ita per omnia secula tolerare debuit, pessimo eorum, qui per naturam carni nimis indulgere didicerunt, exemplo. Totus fermè Papismus cum parum haberet Sapientiæ, multa tamen per secula ne id quidem ad sanctimoniam verâ, sed ad luxuriam, & fictitios cultus, & regnandi libidinem contulit. Alit hodiebus quoq; dies fermè in omnibus sectis eos, quibus hoc Porisma ex animo suo displicet, etiam si lingua & calamus alia jactat: Quæ in re satis graves querelæ passim, nec semper injustè sunt audita. Quamquam enim non pauci hæc veritate sunt abusi, negari tamen pro dolor! non potest, multos genuinos fidei nostræ defensores Praxin graviter urfisse, inculcasse, desiderasse, illoque nomine aut à malitiosis aut ab ignorantibus non rarò sinistrè circumferri, qui pietatem, haud fucato animo tractant atque inculcant. Quod ægre quoque fert Magnif. Dn. Fechtius in prælect. in recentiores controversias Proccm; cuius integra verba apponere placeat: *Dubitandum non est, multos Pietistarum nomine infamari, qui vere sunt pii, & qui in nullo fidei articulo à consensu Ecclesie nostræ recedunt; & recentes novarq; sententias tantum ad offendendum comparatas & præterea ad nullam rem utiles, tanquam scopulos summo studio jugiunt; ea tantum causa, quia pietati per se dediti sunt, impietatem quascunq; occasione libere redarguunt, & omnes suas cogitationes eò dirigunt, ut & alios inprimis fidei sua commissos ad majus studium pietatis inflammant. Qui tamen ideo neq; à pietatis studio neq; veritatis dicenda ferbore quicquam remittere debent.* Atque hæc quidem optimè. Sicut igitur Timor Dei, velut praxis rectæ voluntatis, omni jure postulatur, ita quicquid intellectus habet Sapientiæ, omne illud ad praxin est referendum, ut sanctimonia inde elucescat. Probat illud Divina Scripturæ creberrima, Matth. V. 15. 16. Hebr. XII. 14. 17. Phil. I. 27. Col. 1. 9. - It. 2. Thess. V. 4. sqq. 1. Joh. III. 3. f. & innumera alia, in quibus requiritur, ut Evangelio dignè vivamus. In nostro sanè dicto Timor Domini expressè desideratur, & cum additur, Timorem Domini esse inisium Sapientiæ Eminentis, pessimum sanè fuerit, hominem sperare Sapientiæ incrementa, si id deest, quod ejus est initium; pessimum fuerit, Sapientiam jactare velle absente Domini timore; pessimum quoque fuerit, ne tantâ quidem ferri Sapientiæ Eminentioris cupidine, ut Dominum timeas cum à quò Sapientia vera devenire debet. Nos ergò omnes, quibus Sapientia curæ cordiq; est, ex animò Deum timeamus, ut Sapientiam illam obtineamus.


Ille autem, in quo reconditi sunt omnes thesauri Sapientiæ atque notitiæ, Dominus Deusque noster concedat, ut Sapientia & in nobis effectum suum nanciscatur, quæ verè sapientes evadamus, gloriamque canamus Regi soli sapienti in perpetuum. Amen.











THES. IX.

hine Theologorum digni sunt, qui subor-  
tibus, quibus non solum pax & tranquill-  
statur, sed etiam præcipua doctrinæ salyificæ  
luntur, cum Autoribus istorum motuum vel  
amicitiam, aut ipsorum deliria, si non ex-  
n rejiciunt.

THES. X.

er DEI gratiam nullus sit defectus librorum  
odoxis Theologis orthodoxe conscriptorum,  
purorum Mysticorum scripta, aut illa, quæ  
m orthodoxe quidem sentientibus non tamen  
ibus consignata, tanto studio præ aliis com-  
nisi simul prode gestiamus animum nostrum  
orum faventem.

THES. XI.

piam Theologorum de Fanaticorum Scriptis  
saret, causam allegans, quod illa non legerit,  
exerit, de illo parum sibi promittere potest  
æprimis si talia scripta passim ab auditoribus  
cium Doctoris sui desiderent.

THES. XII.

eologorum contra hæreticos seductores fer-  
rincipum aut Magistratum in eosdem ani-  
atenus vel ab officiis publicis removentur vel  
privantur, vel exilio mulstantur, ferre non  
o abunde significant, quod Indifferentissimo  
atque fenestras apertas cupiant.

THES. XIII.

um hæctenus Ecclesia JESU Christi per publi-  
radicationem & bene ordinatas institutiones  
es habuit accessiones; ita postquam Collegia  
recteque instituta in & per se nullam merentur  
commendari & frequentari cœperunt, parum  
utili-

X 3

34.  
35.  
36.